



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

1 De odio Dei, & proximi quid sit, & quale peccatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

Secundū dico, quoties à iure tibi datur facultas accusandi, non peccas contra charitatem etiā accusles non enim iustitia aduersus charitatem esse potest. Vnde etiā videatur contra charitatem esse délinquentem accusare, quem correctione secreta emendare poteras, at vero non est contra charitatem, cūm ipse se delinquendo huīusmodi damno exposuit, & bono communis, quod per accusationem intenditur, sufficienter compensatur. Adeo, manifestatio secreti delicti de se non est contra charitatem, quatenus charitas est virtus specialis, sed est contra iustitiam. Ergo si secludamus à tali manifestatione peccatum iniustitia, & peccatum contra charitatem demus secludere. Denique si contra charitatem est accusatio delicti, quod potest correctione secreta praecaueri, est contra praeceptum Domini lacum, March. 18, at ibi non loquitur Christus de accusatione, sed de denunciatione Evangelica, quā potius ad correctionem, quam ad punitionem procedit. Ergo.

## P V N C T V M XVI.

Vtrū index tenetur repellere denunciationem  
sibi factam de delicto, eo quōd illius  
secretā correcō non  
praecelerit.

1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Lorsa sentit obligatum esse iudicem, si commode potest, denunciationem repellere. At si denuncians persisteret, admittere debere denunciationem.
3. Teneat index denunciationem admittere, tametsi denuncians non probauerit denunciationem praecellere.
4. Satis ratione dubitandi, n. 1 adducto.

**R**atio dubitandi defumitur ex cap. qualiter, & quando 2. de accusat. ibi enim dicitur denunciationem debere praecedere charitatiuam monitionem, iuxta textum Evangelicum: vbi primò corrigendus est frater secretē deinde adhibendū sunt testes, postea si illos non audierit, dicendum esse Ecclesia. Ergo omitiens hos actus aduersus ius diuinum. Naturale, & Canonicum, denunciari. Ergo repellenda est eius denunciatione ut illicita, & contra charitatem, & iustitiam. Ergo non potest index illius admittere alias fauebit peccato denunciantis. Confirmo in supradicto cap. eodem modo dicitur debere charitatiuam monitionem praecedere denunciationem, quo inscriptione accusationem, & clamorā insinuatio inquisitionem, sed sine inscriptione accusatio nulla est, & sine clamorā insinuatio nulla inquisitione. Ergo nulla erit iniquitatio sive charitatiuam monitione. Confirmo secundū, ex doctrina Baldi in leg. ff. de liber. & postib. formam datum à lege, vel statuto non debere omitti, & ex tex. notandum in leg. magna puto. s. penalt. ff. ne rebus eorum. Sed monitione secreta videtur trahi à Christo Domino pro forma, antequam denunciatione Ecclesia fiat. Ergo est nulla denunciatione monitione omilla, & ita videtur tenere Folin, in capitulo de iudicio col. penult.

2. In hac questione lora 2.2. qua 33. art. 8. disp. 47. num. 29. affirmit iudicem obligatum esse in quantum commode possit impeditre denunciationem taliter factam. At si denuncians non vult desistere, posse illam admittere, est requiratur eius officium, teneri admittere. Prima pars probatur ratione dubitandi. Secunda ex eo quōd denunciatione iudicata non habet dependentiam à secreta correctione, neque iure nature, neque diuinio, neque canonico, cūm nullib[us] ob ius omnissimū irita reddatur. Non in iure canonico) de quo poterat esse dubium. Nam in cap. qualiter & quando dicitur, denunciationem debere praecedere secretam monitionem, scilicet accusationem libellus; sed non dicitur debere praecedere eodem ordine necessitatis, alias debet constare semper, cūm denunciatione fit praeceps, secretam correctionem testisque fuisse inductis; quod est contra proximum. Quapropter cap. liet. Heil. de simonia, cūm Abbas Pomposianus ad summum Ponit, ceteras est ob varia criminis, & ipse opposuerit secretū non fuisse correctum, & delatores testarentur correxisse: Pontifex nihil de hoc puncto curavit, sed ad causa dicti monitionis processit. Verum est processus ex officio ob clamorosam de delictis insinuationem, ac proinde non videtur huīusmodi res adaequare probare denunciationem valere omissa correctione.

3. Quapropter certe dicendum renieri iudicem denunciationem admittere, cūsi denuncians non probauerit monitionem praecellere, quod mihi persuaderet vīs iudicūm nihil de monitione interrogācū. Factor tamen ipsius denunciantem non praeiuia correctione, cūm debet praemittere, peccare, & iniustitiam facere, at validē denunciare. Quia aliud est esse iniustam denunciationem, aliud est validam. Verum si iudici aliquo modo constater monitionem feceram non fuisse praeiuia, cūsi quo enet praemittenda, quod difficultate constare potest existimo denunciationem omnino esse repellendam à iudicio, utpote iniustam, & contra praeceptum Dominicaū tradit exp̄r̄s̄ Glōria in cap. iam dicitur, oīc̄ accusat̄ per textū ibi si confiterit prefatū Episcopū de iam dīctis excessibus non fuisse praeiuia, ob eisdem,

à denunciatione repellatis eosdem & cap. analiter eodem rīm. Et lices Heil. de simonia. Stat. tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 2. fin. num. 15. Valen. disp. 3. qua 6. 10. p. 5. & posset etiam pag. 682. & 683. Alfonſus de Villagur. in sua præf. l. 2. tit. de denunciatione. Evangel. cap. 9. cond. 4. pag. 10. q. & pag. 11. concil. 3. addit. debere iudicem, ante quam denunciationem admittat, interrogare denunciantem, antequam præmiterit secretam correctionem, testisque induceretur quod si ita fecisse nou probauerit, causāque omissionis legitimam non allegauerit, omnino esse repellendum. Sed quod diximus verius est ob vim receptum.

4. Ad rationem dubitandi patet ex dictis: mandatur enim ille iuris correctionis secreta præmiti denunciatione, ut licita, & iusta denunciatione fiat, non ut valida, cūm non possit denunciarior iuridice dependere à monitione secreta, quæ te ipso, quo lege te, non potest de illa constare.

## DISPUTATIO IV.

De odio, inuidia, discordia, schismate, aliisque charitati contrariis.

**I**evit charitas plures actus habet tam internos, quam externos, de quibus in superioribus dictum est, sic etiam habet plura viae sive contraria, scilicet odium, & proximi, inuidiam, aceliam, discordiam, contentionem schismatis, ixam, seditionem, bellum, & scandalum, de omnibus his hac disputatione agemus. Solūm de scandalo, quia materia latior est, in sequentem disputationem reteruamus.

## P V N C T V M I.

De odio Dei, & proximi, quid sit, & quale peccatum.

1. Odium est charitati contrarium, & est duplex, abominatione, & inimicitia.
2. Proponuntur quadam obiectiones, & si illis satia.
3. Quodcumque ex iis cōsiderat circa Deum est mortale, neque fieri possit veniale ex letitiae materia.
4. Circa proximum aliquando esse potest veniale.
5. Odium proximi differt specie ab odio Dei.
6. In odio proximi qui conseruant non esse plures actus specie distincti.
7. Probabilitas est oppositum.
8. Qn̄ ratione odium proximi ab ira, & indignatione, apparet, que vnde sit distinguatur.
9. Enumerantur plures causas, in quibus licetum est proximo velle malum.
10. An optare mortem, vel de illa gaudere ob harenitatem habendam liceat, proprieat negans sententia.
11. Contrarium ut probabile defenditur, si cum debito fias moderatione.
12. Satisfactio contrario fundam n. 10. adducta.

**O**diūm charitati oppositum est, velle alieū malum, quā malum illius est. Dupliciter contingit. Primo abominatione ipam personam tanquam tibi contrarium, & desiderando, vt non sit, & hic actus est odium abominationis. Secundū, desiderando illi aliquod malum ex supradicta abominatione, quod vocatur odium inimicitia. Sic omnes Doctores in scriptis refrendi. Vtrumque odium variū posse circa Deum, & circa proximum de fide est. Circa proximum versatur, si ob malum, quod in ipso residerit, vel ob iniuriam tibi illatam aduerseris, velique illum perire, aut aliquod aliud malum illi evenire. Circa Deum versatur; non queramus in se est, quia vt se nihil nisi habeat, sed queramus in eis, tibique difficultas imperat: ob has enim rationes potes illum aduersari, & quantum in te est voleat, vt non sit.

2. Quid si obicitas. Nullus potest velle alteri malum, nisi illud malum sibi esse bonum apprehendat. At in adiunctione Dei, eiusque iniunctio in illa ratio boni esse potest. Ergo. Repondeo nullam rationem boni esse, apprehendit tamen, & existimat, quod sufficit, vt possit Deus odie haberi à non videntibus ipsum. At illi qui Deum claram vidēnt, cūm videant obiectum summe diligibile, nequeunt illum odio habere: sic D. Thom. z. 2. quæstione 34. art. 1. & ibi, Ciceron, Valen. disputatione 3. quæstione 11. p. in fin.

Si infes. Secundū, qui alterum odit, & aduersatur, est ob aliquod malum in eo existens: at in Deo nullum malum esse potest. Ergo noua est capax odij, & auerionis: Repondeo non tempore esse necessarium ad odium, & malum existat in persona, quis odio habetur, sufficit, si malum aliquod cauerit. Quapropter eis

in Deo nullum malum esse possit, quia non potest ylo bono carente potest esse causa aliquius mali, penae, & tibi iniurandi, & ob hanc rationem potes ex peruersione tua voluntatis illum odio habere.

3 Quidcumque ex iis odii, si circa Deum versetur, est mortale peccatum, iuxta illud Num. 20. *Surge Domine, & dissipentur iniurie misericordie fugient qui ederunt te à facie tua.* Deute. 32. *Huius qui deridet me retraham, & Psal. 138. Nonne qui oderunt te Domine, deridant, & alibi inod ex genere suo est peccatum omnium maximum, quia directe & opponitur charitati, quae est precipua virtus, & quia per se, & directe auertit hominem à Deo summo bono; cum tamen reliqua peccata solita consente ab ipso auertant, quatenus peruersus seruntur in obiectum diuina voluntari contraria mutatione cuius amicitia cum Deo dissoluitur, ut ex D. Thos. 2. 2. 3. art. 2. bene notauit Valen. disp. 3. q. 11. p. 2. vers. 3. Torres. disp. 91. dub. 1. Bonac. n. 3. q. 4. de charit. p. vlt. num. 1. Adeo odium contra Deum ita est graue peccatum, vt fieri non possit leue ex levitate materie, sic Torres 2. 2. disp. 91. dub. 1. vers. sed quae prof. Bonac. num. 3. Ratio est manifesta, quia cum Deus in se summe bonus sit, & iustissime in suis actionibus procedat, grauissimum iniuriam illi infert, si illum aliqua ratione aduerseris, & quantum in te est, cupies non esse, ex talique affectu atque malitia, quantum leuiussum illi velis, cum ab omni malo summe alienus sit.*

4 Si autem odium circa proximum versetur, etiam est graue peccatum iuxta illud Levit. 19. *Non oderis fratrem tuum in coram.* & Iohann. 2. *Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit in nobis.* Et quia velle creatura rationali aliquod malumquem illi malum est, sicutendo ibi, inordinata est voluntas. Ergo nequaquam flet. Hoc autem odium proximi aliquando est potius reuelare peccatum, non solùm ob defectum plena deliberatio, sed etiam ob materię levitatem. Ut si quis proximum absque illi ratione leueretur, & citius praefatim fugiat, malumquem aliquod leue exoptet. Sic Toler. lib. de septem peccatis cap. 7. Conch. disp. 2. dub. 3. n. 60. Eman. Saa. verbo indigatio. Torres. 2. 2. disp. 1. dub. 1. Reginald lib. 17. c. 10. num. 109. Bonac. disp. 3. q. 4. vlt. num. 6. Valen. disp. 3. q. 11. p. 2. in fine vers. 6. dico. Ratio est quia in hac disperitione perficie, & in horro prouo desiderio, non fit graue iniuria proximo, sicut si ipsi Deo quia proximus capax est malus, secundum verbo Deus, cuius tabernaculo flagellum non appropiabitur.

5 Sed inquires, an odium proximi differat specie ab odio Dei? Respondeo differere, quia licet utrumque charitati opponatur, & directe & oppositum. Vnum enim offendit directe & maiestatem Dei, aliud indirecte. Quapropter in confessione debes illa distinguere, vt recte notauit Valen. 2. 2. disp. 3. q. 11. p. 2. vers. quare dicitur in Bonacina, suprad. numer. 10. Conch. disp. 1. 2. 9. de charitate, iniurias. num. 61. Torres. disp. 91. dub. 61. ad finem. Bannes. dub. 2. art. 4.

6 Major difficultas est de odio proximi, an in illo sint plures alias specie distincti?

Negat Caetano. 2. 2. 9. 34. art. 6. id. vlt. Bonac. & Torres suprad. & Valen. disp. 3. q. 11. p. 2. vers. quare dico. Mouentur, quia odium non sinit speciem, neque induitatem ex obiecto materiali, sed formaliter, obiectum autem formale semper est idem, feliciter & disperitione perficie. Ergo quantumvis obiecta materialia varientur, non variatur actus. Hinc inferius supradicti Doctores te non esse obligatum in confessione manifestare quia malo proximo desiderasti, sed satisfacie, si dicas te odio proximum roties suffice prolectum, optando illi graue malum; quia omnia illa mala sub eadem ratione appetita sunt scilicet, quia proximo male erit.

7 Ceterum milit omnino dicendum videatur contrarium cum Seu. disp. 6. de charit. sect. 2. num. 2. Agid. de Coninch. disp. 29. dub. num. 61. Mouetur, quia unum odium proximi ab alio differt, potius ex fine quo proximum odio habes, cum ex parte mali, quod illi operas. Ex parte suis differt, si proximum auferis, quia ex Dei imago ad beatitudinem creatus, qualiter Demones nos odio habent, aut quia tibi aliquam iniuriam influit; utrumque enim odium, est odium proximi, etiam proximum ex odio Dei igitur habeat. Negari ergo non potest, utrum actum ab alio differt. Neque credo hoc à Caetano, Bonac. & Torres improbari. Ex parte vero mali, quod proximo optas, etiam species videntur differre. Quis enim negat optare inimicum ob disperitionem illius generationem condemnationem, esse diversum peccatum in confessione manifestandum ab eo, cum solùm amissionem status, & temporalis vita desideras, cum bonitatem ratiōnis priuet. Et confitmo. Volentes inferendi proximo malum in vita, diversum peccatum est, à voluntate inferendi malum in fama, & honore, aut pecunia. Ergo etiam voluntates quibus haec mala appetuntur evanire, diversae sunt. Et ratio est, quia species odii inimicitiae non sumunt praeceps ex disperitione, & auferiente personae, quam auctoribus, sed ex malo, quod illi desideras. Aliud nullum odium proximi est, ob iniuriam, & obmodum solūm odium abominationis. Ex quo inferius in confessione omnino explicanda esse, ut expresso docent Coninch. & Suar. suprad.

8 Secundo inquires, quia ratione odium proximi ab ira, & indignatione, appetitique vindictae distinguuntur. Distinguuntur aperte-

mant scilicet omnes Doctores; quia habent diuersas rationes formales. Odium enim est auctor persona, & ex illius auctoritate, & disperitione illi malum velle, qua illi malum est sine vila mensura. Elle autem alteri malum apprehendit odios tanquam bonum proprium. Dixi sine vila mensura, quia ea que per se appetuntur mensuram non habent in appetitione. At ita est appetitus irrationalis, & immoderatus vindictae ob iniuriam sibi ab altero illatam. Ex quo sit non appetere malum alterius absoluē, sicut odium, sed secundum menturam iniurie, illaque satiscacere intendit. Est tamen peccatum de graue, quia modum excedit satisfactionis, si aliquando ob imperfectionem actus tum ex parte rationis, tum ex parte obiecti, veniale sit. Indignatio vero peccaminosa, est dolor, quod bona temporalia indigne habent. Admette tamen sepe indignacionem & iram possit haberi, si modum non excedat, iuxta illud, *transmisi, & nolite peccare.* Ex quibus omnibus sit longe odium proximi ab ira, seu appetitu vindictae, & ab indignatione differe, vt notauit Suar. disp. 6. de charit. sect. 2. n. 4. Azor. tom. 1. lib. 3. c. 6. 12. q. 2. & c. 17. q. 2. Bonac. de charit. disp. 3. q. 11. p. vlt. n. 8. Agid. de Coninch. disp. 29. dub. 1. n. 21. Leffius lib. 4. c. 4. dub. 4. n. 27.

9 Dixi in principio odium proximi esse, velle illi malum, qua illi est. Quia vt si tibi esse bonum, apprehendis, vt tacite inuenies, si ob aliquem invenis extralecum bonum illi velis malum excusari te posse ab odio, & a peccato primō enim, tibi licet ex amore virtutis auferari peccatores, quatenus tales sunt, iuxta illud, *In ignis odio habui, & legem tuam dilexi.* Imitaris enim hac in parte Deum, cui odio est impius, & impietas eius, Tol. l. 4. c. 11. in princ. Secundò ex zelo iustitiae tibi licet gaudere, & desiderare punitionem, & mortem malefactorum à publica potestate infligendam: non qua mala sunt ipsis, sed quatenus sunt peccata peccatis debitis, atque iustitiae vindicativa, & in aliorum exemplis; vt omnes supponunt cum Lefsi. lib. 2. de iustit. c. 1. 7. dub. 4. n. 21. Ledelm. p. sum. tract. 17. conc. 3. Tol. lib. 4. sum. c. 11. Ioann. Sanch. disp. 2. dub. 1. n. 11. Ex qua doctrina inferit licitum tibi esse desiderare, & a Deo petere vindictam iniuriantibus, dum modò non excedas in petitione vindictæ mensuram culpæ, quia petis punitionem peccati, à potestate superiori faciendam, non ex odio, sed ex zelo iustitiae vindicativa. Tertiò ex charitate proximerum licet tibi desiderare, & gaudere de morte peccatoris scandalo, si alii occasio sit ruina: sic Nauarr. c. 15. n. 19. Tol. de septem pecc. morti. c. 6. 6. & lib. 4. c. 11. Reginald lib. 17. n. 116. Ioann. Sanch. disp. 2. selec. n. 6. Bonac. disp. 3. q. 4. p. vlt. n. 7. Quarto ex charitate circa ipsum delinquentem, licet tibi velle infirmitatem, pecuniam amissionem, vt à peccatis desistas, quia illi minus bonum desideras. Tol. & Bonac. suprad. Eadem ratione desiderare illi potes mortem, si video non convertendum, ne gravior illi sit condemnatio. Nauarr. suprad. Bonac. disp. 3. q. 4. p. vlt. n. 7. vñ. tercio. Et generaliter ex bono spirituali proprio, vel alieno licitum tibi est hęc mala peccata alii in efficaci affectu velle, quia in hoc appetitu spirituale bonum temporali preferuntur. Ergo ex hac parte inordinatus esse non potest.

10 Major est difficultas, an ob bonum temporale & aliquando in inferioris ordinis licet tibi malum aliquod graue temporale

proximi desiderare, & de illo gaudere, & de bono ipsis, tristari,

quia tibi impedimento est ad boni temporales consecutionem, v. g. An possit desiderare mortem aliquius, vt illi in bonis succedas, vel ne in eo lufstante, vel curando graueris: Negat Nauarr.

cap. 15. num. 10. & affirmat esse omnium. Ratio est, quia potest, quia est charitable obligari præfere vitam proximi tuis divitias, temporalia emolumenta. Si autem ob habendam hereditatem illius mortem optabis, iam temporale emolummentum vita proximi præferis; quo d'esse contra charitatem videtur.

11 Nihilominus credo, si cum debita moderatione facias, te posse absque peccato mortali de vita aliciu[m] tristari, & de illo morte naturali gaudere, illamque in efficaci effectu petere, & desiderare, non quidem ex disperitione personae, sed ob aliquod temporale emolummentum inde secutum. Sic docere videtur Eman. Saa. verbo charitas, in utruek editione 2. vbi absolute dicit te posse proximo optare malum corporale ad salutem anima, & mortem ob republibus bonum, & hosti tibi alioqui valde nocuio mortem, non odio sed virandum damnum tunc, item de morte ciuius gaudere ob bonum inde secutum, Azor. 1. p. sum. lib. 3. c. 12. q. 2. & Bonac. disp. 3. q. 4. p. vlt. n. 7. affirmant licet matris mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inoptam non possit eas iuxta suum desiderium nupru[m] tradere. Et idem esse dicunt, si ob illarum causam male tractaretur à marito, posset illarum mortem optare, vt ab illo danno liberaretur: contenti iis Ioann. Sanch. disp. 2. selec. n. 9. vbi inquit. Licetum est optare tibi, vel proximo mortem ob vitandam molestem infirmitatem, mendicitatem, vitam penalem a marito inflictam, & alia huius generis, dummodò desideres, vt à Deo infligenda, non ab homine iniuste, vel à demone. Ratio est, quia huiusmodi desiderium, & gaudium de malo illius, quam de bono inde sequenturo. Ergo non habet malitiam; quia illam habere non potest, nisi finis illius malus sit, cum tota species actus ineficacis ex fine desumatur. Et confirmo. Tibi licitum est, hereditatem optare, honorem appetere

appetere ad actus virtutis praestans. Item carere molesta infirmitate, inopia, aliisque malis, ut liberius Deo seruire possit. Cognoscis autem hac omnia consequi te non posse, nisi Deus est vita praesenti proximum solle. Poteris ergo ex supradicto fine, & ob illius confectionem proximi mortem desiderare, & de illa succedente gaudere; quia non gaudes de illa, quatenus proximo mala est, ibi sifendo [hoc enim esset malum] sed gaudes de illa, quatenus est causa tui emolumenti, & secundum hanc rationem bona esse videris, & appetibilis. Secus vero est, si velles proximo absoluere, & efficaciter mortem, quia talis voluntas illicita & peccaminosa est, sub quoquaque mortuo illa haberes, quia velles illam inferre, & consequenter velles homicidium, quod semper illicitum est.

11. Neque obstat fundamentum contrarium. Concedo te debere boni fortunae vitam proximi praeferre, quod effectum, & voluntatem efficacem, ac proinde tenebris bona fortuna expone, ut vitam proximi confereras. Secus de inefficaci affectu, & simplici complacencia dicendum est, quia raptici obiectum fecundum se, & ex illius bonitatem sumit (speciem), non ex illius executione.

## P V N C T V M II.

## De inuidia, qua ratione sit peccatum charitati contrarium.

- 1 Inuidia quid sit.
- 2 Multipliciter de bono alterius dolore. Et tristitia potest absque inuidia.
- 3 Tristitia de bono alterius, quia tibi bonum proprium diminuit, est inuidia. Et peccatum ex genere suo mortale.
- 4 Non deest, qui sentias inuidiam solum esse mortale, cum ex illa moueris ad inuidiam remouendum proximi bonum.
- 5 Non admittitur hoc sententia.
- 6 Sepè inuidia est veniale peccatum.
- 7 Inuidia est unum ex virtutibus capitalibus.

1. Inuidia est tristitia de bono alterius quatenus per se, & ratione sui proprium nostrum diminuit. Vel est gaudium de malo illius, quatenus per se, & ratione sui nostrum malum diminuit. Sic Doctores communiter cum D. Thoma 2.2. questione 36. art. 1.

2. Pro explicatione huius definitionis adverte, multipliciter te dolere de bono alterius, & de illius mali gaudere. Primum, si doleas, quia bonum illius est, & gaudeas de mali, quia malum illius est. Et sic dolor, & gaudium ad odium pertinent. Secundum, si doleas de bono alterius, quia inde per accidens sequitur tibi aliquod nocumentum, hic dolor non est peccatum inuidiae, sed secundum licitum esse potest, si documentum, quod times, licet refugis, quia tunc non tam doles de bono alterius, quam de tuo damno. Tolet. de septem peccat. cap. 63. vers. primo. Et cap. 64. Tertiò, doleres de bono alterius, non quia in illo est, sed quia tu illo carces, qui dolor non est inuidia, sed amaralio, quia bona esse potest, si dolor moderatus sit, & circa res appetendas verter. Tolet. c. 65. Si circa res improprietatis, ut cum videris Regem & Pontificem, dolis quod non sis, est veniale, si circa res turpes, aut illicitas, pro qualitate malitiae peccatum erit. Tolet. de septem peccatis. cap. 65. Quarto, est potest dolor de bono alterius, quia illo indignus es. Hic autem dolor, qui vocatur Nemesis, seu indignatio, & esse potest bonus, & malus: bonus esse potest, si cum debita moderatione doles, tristitia & iudicetis, quod beneficia publica, & officia reipublica indigne possident: quia tunc doles, & tristitia de aliqua actione peccaminosa, & mala, qualis est indigna horum bonorum possessorum. Sic Tolet. de septem peccatis. mor. cap. 64. Et c. 65. Erit autem malus saltus venialiter hic dolor, si doleas, quod mali pecunias possident, & bonis fortuna fruantur, ea tantum praesce ratione, quia mali sunt. Sicut D. Thoma 2.2. q. 36. art. 2. & ibi Caeter. Iesu. lib. 4. cap. 4. dub. 4. n. 27. Egid. Coninch. disp. 30. de charit. dub. 2. n. 26. Suar. disp. 6. de charit. f. 4. 3. Tolet. cap. 65. aduersus Petr. de Lorca, negantem esse peccatum. Sed ratio nostra, quia mali & peccatores iustè possident diuitias, & honores, (ut suppono.) Ergo inde non potest sumi causa honesta ad dolendum videtur enim diuinam prouidentiam incusare. Alias si easu perderent, non deberes impedito, postea ramen dolere, & tristari: quod diuitias possident peccatores, si inde sumant occasionem peccandi, & tunc ex affectu charitatis procederes. Tolet. c. 65. Item si doleres, eo quod ob eam causam iusti homines illis diuitiis priuantes, quia tunc effet actus misericordie in iustos. Suar. f. 4. n. 2. Item potes inefficaciter tristari ob defectum convenientis proportionis, qui adest, cum iij peccatores diuitias abundant, & iusti illis carent. Valen. 2. 2. disp. 3. q. 15. p. 2. circ. finem.

3. Quinto, denique potes dole de bono alterius, eo quod per se, & ratione sui proprium tuum bonum diminuat: bonum, inquam, alterius potest esse occasio diminuendi proprium tuum bonum, sine eo quod aliquam vim tibi infert, actionemque iniuriam exercat: ut patet si existente te in aliqua civitate, in qua

nimiris doctus, & peritus reputabaris, accederent alii a quoque doctriina, & peritia non tanto, ut anteas estimabitis; quia non est ita rara. Ecce quia ratione bonum alterius per se proprium um diminuat. Si ergo doleas de bono alterius, qui huius diminutionis est causa, inuidus es, & peccas, & ex genere suo mortali- ter, ita D. Thoma 2.2. q. 36. art. 2. Et Valen. disp. 3. q. 15. p. 2. in princ. Egid. de Coninch. disp. 30. dub. 2. n. 20. Navarr. c. 23. n. 128. Bonac. disputatio 3. questione 4. de charit. punto ultimo §. 2. numero 5. Reginald. lib. 17. numero 129. Suar. disp. 3. q. 4. de charit. p. vlt. §. 2. n. 4. & alii communiter. Ratio est, quia hoc virtus est charitati contrarium, cum de bono proximi tristatur, & de mali illius gaudeat, quod vero gaudeas de mali illius, vel tristis de bono quia propria tua bonum, vel malum diminuit, non est sufficiens causa honestandi actu. Fato enim immunitiorem propriæ excellentiæ malum esse, & dignum, vt de illo tristis: led quia non solum de illo, sed de bono proximi per se, & non per accidentem tristis, quia per se, & immutare hanc immunitiorem causat, ea de causa hæc tristitia mala est. Quod autem ex suo genere peccatum mortale sit, videtur confare ex illo ad Rom. 1. vbi plenos inuidia tradit Deus in reprobum sensum.

4. Lorca vero, 2.2. q. 36. in addit. ad 3. art. affirmat inuidiam solum esse mortale, cum ita vehementer bono proximi inuidas, ut ex illo effectu mouearis ad inuiditatem remouendum proximi bonum, secus si absque hoc periculo inuidas, sicuti avaritia, & vanagloria, in qua non sunt peccata mortalia, nisi aliqua circumstancia mortali vestiantur. Et probari, potest, quia dolere de bono proximi, quatenus tuum bonum diminuit, non est absolute de bono proximi dolere de illo, quatenus hinc effectum caues, & licet non caues media actione iniuriola, negari tamen non potest esse tibi molestum, & inuidandum. Siquidem tollit opinionem, & honorem singularem antea te posselsum. Ergo talis tristitia, & dolor non videris inordinatus, ut peccatum mortale constituit. Addit, si doleas de bono alterius, quia inde proximus occasio sumit te vexandi, non peccas, quia doles præcipue de tuo incommodo. Ergo idem erit, cum doles, quatenus ex se causat tibi incommodum. Nam est causam per se, vel per accidentem patrum videtur referre.

5. Nihilominus retinenda est communis sententia ob rationem ibi dictam, ex qua fundamentum pro sententiæ Lorcae folium est. Alijs si fundamentum illud verum est, non solita probat inuidiam peccatum mortale non esse, sed neque esse peccatum, nisi moueat inuidus ad remouendum inuiditatem à proximo bonum: quia dolere de bono alterius, si moderatè fiat, quatenus inde per accidentem mala occaſionem me damnificandi, non est peccatum, vt supra dixi.

6. Adverte sepè inuidiam peccatum esse veniale tum ob imperfectum contentus, tum ob levitatem materie, vt in pueris contingit. Egid. Coninch. dub. 2. n. 25. Bonac. §. 2. n. 4. Valen. p. 2. prop. 3. Sepè transit in amaralio, & tunc non est peccatum, sicut solem mercatores inuidire, quod alij eiusdem conditionis mettes vendant, & lucentur, & ipsi non solum enim tam dolent de alieno lucro, quam quod ipsi eo careant: est tamen periculus affectus ob singularem lucri appetitum. Coninch. supr. n. 23.

7. Computatur inuidia inter vita capitalia, quia ex illa, tanquam ex radice alia via pupillant, scilicet oculum proximi, furfatio, detracatio, gaudium in adulteriis, tristitia in pueris. De quibus S. Thoma 3.5. art. 4. & ibi Caeter. Lorca, Torres, & alii, Tolet. de peccat. cap. 67.

## P V N C T V M III.

## De Acedia, qua ratione peccatum sit charitati oppositum.

- 1 Definitur Acedia.
- 2 Acedia specialis charitati contraria est dolere esse à Deo creatum sub obligatione seruandi precepta.
- 3 Dolere de preceptorum observatione ob illorum molestiam est actus generalis.
- 4 Aliquando acedia generalis est peccatum veniale, aliquando nullum.
- 5 Acedia specialis semper est mortalisa, nisi excusat ex defacta pleni confessus.
- 6 Quia vita ex acedia oriantur, & eorum malitia expenditur.

1. Acedia est tristitia de bono spirituali diuino, & ex fine creationis, si aduersus beatitudinemque haeres: ad cuius consecrationem plura lumen necessaria, similiter, plura secundum quid, plura convenientia. Necesse est sunt similiter, que sub precepto gratia prohibentur, vel imperantur, secundum quid sunt necessaria, que sub leui culpa mandantur. Convenientia dicuntur, que obseruantiam mandatorum promouent, quæ vocantur consilia. Si igitur doleas, quod sic creatus sis, ut temeraris mul-

cus